Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759193-p0001-1

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI–i
SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759193-p0002-7

V· C

M· CHRISTIANO FRIDER KRANEVVITTERO

P· L· C· ORD· PHILOS· ASCR· DIGNISS· LYC· ITEM OPPID
RECTORI MERITISS

V KAL· MAIAS A· C· CIↃ IↃ CC XVII

BENE BEATEQVE DEFVNCTO

SVPREMVM HVMANITATIS OFFICIVM PERSOLVVNT
MAGNO IVSTOQVE MOERORE AFFECTI

COLLEGAE

VITTEMBERGAE PRELO CREVSIGIANO

Non ſine acerbiſſimo doloris ſenſu Rectorem amiſimus Lycei huius oppidani, eumque, per ipſum ſexennium, modis haud unis, bene de iuuentute promeritum, atque adeo uita dignum longiore, qui praeterita nocte, ſub horam ſecundam, in optimo aetatis et induſtriae curſu, caducam hanc miſeriiſque plenam uitam morte beatiſſima finiuit, ac multis uariiſque moleſtiis, quibus affligitur uita, fortiter ſuperatis, relicto Scholae puluere, Academiam et Scholam coeleſtem, ſpe deſiderioque plenus, intrauit. Eſt uero ille Chemnicium, in Hermunduris, urbem iam olim optimorum longe feraciſſimam ingeniorum, quippe quae, praeter alios complures, Arnoldos, Fabricios, Henricios, Naeuios, protulit, patriam ſortitus, A· cIↃ IↃ c xxcIIII, pridie Idus Martias, honeſtis parentibus, patre Michaele, puellis ibi pietate boniſque moribus expoliendis praefecto, matre uero Chriſtina Teufelia, procreatus, qui in eo bene prudenterque educando ſtudium omne collocarunt. Docile enim, minimeque ab literis alienum, nactus ingenium, in Scholam patriam, haud incelebrem, miſſus, omnes diligentiae partes expleuit, praeceptoribus in primis uſus eruditione, fide, dexteritate, praeſtantibus, Dauide Engelio, Godofr. Vogelio, M. Ioanne Kraneuittero, patruo, M. Dauide Mullero, M. Godofr. Schulzio, quorum etiam fideli inſtitutioni multum ſe debere, grata mente eſt profeſſus. Sigillatim uero praedicare non ſatis potuit ſingularem in ſe beneuolentiam et amorem, uiri perquam uenerandi, M. Gotlibii Hermanni, ad D. Ioannis Sacerdotis ibidem primarii, qui in ſuas ipſum aedes recepit, et, per ſexennium, non corpus ſolum aluit, ſed animum quoque opibus doctrinae auxit in dies et exornauit. Factis egregiis in primo ſtudiorum genere progreſſionibus, A· cIↃ IↃ ccIIII, III Nonas Maias, in hanc celeberrimam Muſarum ſedem uenit, ibique a Magnifico Academiae, per id tempus, atque etiam tempore hoc, Prorectore, D· Georgio Friderico Schroeero, in tabulas ciuitatis eruditae relatus, operam dedit omnem, ut optimis quibuſque diſciplinis fingeretur. Ac, tametſi neceſſariis ſtudiorum ſumptibus deſtitueretur, diuino tamen auxilio fretus, non defuerunt patroni, quibus magnopere fortuna ipſius curae cordique fuit, quos inter in primis diui Deutſchmanni, Strauſſii, Roehrenſei, beneuolentiam, occaſione data, laudare nunquam intermiſit. Humanae itaque ac diuinae ſapientiae ſtudio ductus, Ianis, Zeibigiis, Michaelibus, Luciis, Deilingiis, VVedigiis, Clauſingiis, Bergeris, VVichmanſhuſiis, Roeſcheliis, Schurzfleiſchiis, Roehrenſeis, Brendeliis, Heucheris, Schroeeris, VVernſdorfiis, Neumannis, Loeſcheris, ſeſe dedit, atque in ipſorum ſcholis non parum profecit. Rebus ita conſtitutis, A· cIↃ IↃ ccvI, xvI Cal. Nouembres, ſummos in Philoſophia honores impetrauit, A· uero cIↃ IↃ cc IIx, inter Magiſtros docentes eſt receptus, eaque de cauſa, ſub praeſidio D. Ioannis Bapt. Roeſchelii, de *Diuino in Macrocoſmo*, et, ipſe praeſes, de *Diebus Canicularibus*, diſputauit, ac paulo poſt, a D. Ioanne Frider. Scharfio, lauru poetica, ob ſcribendorum facultatem, qua pollebat, uerſuum, ornatus eſt, eodemque anno, Conrectoris munus, in Schola Ieuerana, oblatum, modeſte recuſauit, in Academia diutius uiuere praeoptans. Voti itaque ſui compos factus, ſcholas aperuit, nec raro ſacros ad populum habuit ſermones, in literaſque diuiniores omni incubuit cura, ac ſemel iterumque, A· cIↃ IↃ ccx, de *Bacchanalibus Gentilium*, et, iam ante, A· cIↃ IↃ ccvII, praeſide M· Vilelmo VVilkio, de *Fideiuſſoribus in Baptiſmo ueteris Eccleſiae*, poſteaque ſub D. Ioanne Henrico Feuſtkingio, de *Synuſia Eccleſiis noſtris perquam inique imputata*, publicas inſtituit diſceptationes. Sic ſe gerendo, factum eſt, ut, A· cIↃ IↃ ccxI, Idibus ipſis Aprilibus, in Lyceo noſtro Conrectoris, quod tum uacare coeperat, ac, xIII Cal. Quintil., Rectoris, ipſi munus demandaretur, quod etiam ad finem uſque uitae pro uiribus adminiſtrauit. A· cIↃ IↃ ccxIII ampliſſ. Sapientum Ordini eſt aſcriptus. At, cum etiam fortunae ac taediorum quaereret leuamentum, A. cIↃ IↃ ccxI, ipſis Cal. Octobr., Ioannam VVincleriam, Ioannis Hauptmanni, Not. Imper. et Praetorii urbis huius Actuarii Iur., uiduam, uitae ſibi ſociam elegit, ex qua duas filias, alteram Chriſtianam Fridericam, alteram in ipſius matris utero extinctam, ſuſcepit, uxore autem priore, A· cIↃ IↃ cc xIII, defuncta, A· inſequente, prid. Non. Mai., uirginem ornatiſſimam pudiciſſimamque, Salomen Eliſabetham, diui L· Ioannis Hieron. de VVedigii, Archidiaconi, dum uiueret, optimi exempli et doctrinae, filiam, natu tertiam, in connubii foedus aſciuit, unius ex ea filiae, nomine Ioannae Salomes, factus pater. Quemadmodum uero in uita humana fluxa ſunt omnia parumque certa, ita hoc ipſum in Rectore quoque noſtro conſpicere licet. Ille enim, cum quartum uix et triceſimum aetatis annum uiuendo attigiſſet, in ſpemque ueniſſet, diutius ſe, et in familiae praeſidium, et in Scholae emolumentum, ſuperſtitem fore, praeter ſpem omnem et expecta-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759193-p0004-8

expectationem, morbo, ſane quam graui, eſt implicitus, cuius ille uim non potuit ſuperare. Tametſi enim languenti, quanta potuit maxima, fide, curam adhibuit Exc. D. Martinus Gothelfius Loeſcherus, morbi tamen atrocitas omnem medicinae uirtutem eluſit, cumque, ſpem conualeſcendi nullam ſibi ſupereſſe, uideret, de caducis amplius cogitare noluit, ſed ad coeleſtem medicum confugit, et, accito perquam uenerando M. Auguſto VVolfio, ſpem in Deo ſibi fixam eſſe, declarauit, uiaticoque immortalitatis ſumpto, bene praeparatus, opinione citius, mortalitatem expleuit. Atque ſic Rector noſter, extremo certamine conſtanter confecto, coeleſtem omnis felicitatis portum laetus attigit, ubi non amplius eum uel aeſtus fatigat, uel calculus torquet, uel ullus denique animi, corporiſue, dolor excruciat, ſincero quippe ac perenni gaudio plenum, et cum ipſis coelitibus glorioſe triumphantem. Reliquum eſt, ut merita eius grata recordatione proſequi nunquam deſinamus, bene memores, Scholarum doctores, nauos quidem idoneoſque, hodie tam eſſe raros, ut cauſa non una ſit, cur praepotentem uniuerſi huius Rectorem de maiori ipſorum copia, in meſſem hanc ſubmittenda, ſerio continenterque flagitemus. Interim idem ille Deus, fons omnis ſolatii, moeſtiſſimum patrem, uiduam afflictiſſimam, orphanos orbos, ceteroſque propinquos et affines, modis omnibus erigat, ac laetitiae ſuae Spiritu recreet, atque hanc opinionem mentibus animiſque ipſorum inſerat, non obiiſſe Chriſtianum Fridericum, ſed abiiſſe, non periiſſe, ſed obdormiuiſſe, ſuo quondam tempore a cunctis, quos hic in luctu reliquit et ſqualore, inter aeterni gaudii plauſus, reuiſendum.

M. GODOFREDVS VVAGENERVS,
Ord. Philoſ. Aſcr. et Lyc. Conr.

Nun aber geh Jch hin zu dem / der mich geſendet!
Und dieſes war unlängſt (*) des liebſten JEſu Wort:
So hat Er heilſamlich den Lebens-Lauf vollendet/
Ein Hingang war er Jhm zum Todt und Himmels-Port.
Der Chriſten Leben kan auch wohl ein Hingang heißen:
Sie gehen in die Welt; dann in die Kirche ein;
Zur Schule gehen ſie; ja wenn ſie ſind auf Reiſen/
Was mag das anders doch/ als nur ein Hingang ſeyn?
Ein Hingang iſts/ wenn ſie in Ehren-Aemter kommen;
Und ſchreiten ſie dereinſt zum heilgen Eheſtand/
So wirds vor einen Gang auch eben angenommen;
Am letzten gehn ſie hin ins Grab und Toden-Land.
Und wer diß ſelig thut/ des Seele zieht in Himmel/
Allwo ihr JEſus ſelbſt die Stätte hat bereit/
Da iſt kein Schmertz/ kein Leid/ kein nichtig Welt-Getümmel/
Vielmehr vollkommne Luſt und ewge Herrlichkeit.
Seht alſo ſtehts mit uns: das müſſen wir bedencken/
So offt im Leben nur wir zwey/ drey Schritte gehn/
Und unſer Hertze nicht ſo gar aufs Eitle lencken/
Damit wir endlich wohl im letzten Gang beſtehn.
Es iſt der Selige ſehr wohl uns vorgegangen:
Mit JEſu führte Er allhier den Lebens-Lauf/
Von dem Er vieles guts an Leib und Seel empfangen/
Und gab auch ſeinen Geiſt mit JEſu (**) endlich auf.
O höchſtbeglückter Todt! Denn die mit JEſu ſterben/
Die haben auch gewiß an deſſen Leben Theil:
Und ach! wie ſolte doch ein ſolcher Menſch verderben/
Der JEſum Chriſtum hat zu ſeinem Schirm und Heil.
Die Jünger trauerten/ als ſie mit Schrecken hörten/
Daß gleich ihr Meiſter itzt den letzten Hingang thät:
Hier führen nicht allein die {Schüler / Jünger} Klag-Beſchwerdten/
Nachdem ihr Lehrer hin ſo bald zu Grabe geht;

(*) Dom. Cantate, nach welchem Montags zu Mitternacht der Wohlſelige erblichen.

(**) Auch ſo gar den Jahren nach; immaßen die Gelehrten vorgeben/ daß der Herr JEſus ſey geſtorben / nachdem Er 33. Jahr und etliche Monat erreichet. Denn eben ſo alt iſt der Wohlſelige worden.

Denn ach! man ſiehet auch da eine Wittwe weinen/
Und armer Wäyſen Mund bejammert ſolche Noth;
Collegen finden ſich die thränend hier erſcheinen;
Ja viele Freunde noch beſeufftzen dieſen Todt.
Dort war es herrlich gut/ daß JEſus hingegangen:
Hier aber meint es nicht das ſchwache Fleiſch und Blut.
Drum/ o getreuer GOtt/ der du den Fall verhangen/
Weil du voll Güte biſt/ mach alles wieder gut.

Dieſes entwarff mit betrübten Gemüthe dem ſeligen treu-
wohlverdienten Hn. Rectori, und liebwertheſten Ge-
vatter zu ſchuldigen Ehren deſſen ergebenſter Collega

Joh. Gottfr. Thomae, Cantor.

AD DOMINVM RECTOREM BEATE DENATVM.

Chemniz TE genuit, condit Viteberga ſepulchro:
Vtraque cordicitus, VIR VENERANDE, dolet.
Id meruit uirtus, pietas doctique lepores;
Factus es his dignus, qui ſociere DEO.
Iam vivis felix, et terque quaterque beatus:
Ipſe DEVS viduae vota precesque beet!

M. Andreas Bötticher/
Coll. IV.

MIr gehet dieſer Fall gewißlich ſehr zu Hertzen/
Und ſtellet mir ietzt vor die kurtz vergangnen Schmertzen:
Ach Schade/ daß der ſoll ſo zeitlich von uns gehn/
Der länger würdig war der Schule vorzuſtehn.
Muß der April mir denn (*) vier Jahr zum Wermuth werden/
Der keine Freude hat ohn dem allhier auf Erden?
Doch wohl dem der verläſt fein zeitlich dieſe Welt/
Denn er wird zeitlich ja verſetzt ins Himmels-Zelt.
Wie wohl ich bin zuſchwach/ betrübte/ zu erquicken/
Den Troſt muß ſelbſten GOtt herab vom Himmel ſchicken/
Er iſt ja heute noch/ und täglich Troſtes voll/
Und weiß die beſte Art wie Er uns/ tröſten ſoll.

Dem Seel. Herrn Rect., ſeinen im leben geweſenen Gönner
und Schwager/ zur letzten Ehre/ denen Hochbetrübten hinterbl.
aber zum Troſt ſchrieb dieſes/ ſelbſt Troſt bedürffende

M. Ieremias Pilarik, Col. V. und Senior.

(*) An. 1714. 19. April, ſtarb meine liebe Fr. Schweſter in Werda/ Hadikii bey den 4. Grafen Zai in Ugrotz Paſtoris und Senioris hinterlaſſene Witwe.

An. 1715, 23. April, ſtarb mein Vetter Ieremias Pilarik, an unterſchiedlichen Oertern in Ungarn geweſener Paſtor.

An. 1716. 28. April, ſtarb mein hertzl. Sohn M. Ioh. Stephanus, Cand. Miniſt.

Jetzt/ An. 1717, 26. April, ſtirbt der Herr Rector.

AEh! was für eine Poſt! Ach GOtt/ was ſoll ich ſagen?
Diß kan ich ohne Leid und Schmertzen nicht vertragen/
Wie/ werthe Rectorin/ iſt den ihr Liebſter Todt?
Ach! unverhoffter Fall! Ach Jammer/ Angſt/ ach Noth!
Ach möchte doch Ihr Hertz in Tauſend Stücken brechen;
Kan ich doch anders nichts als Jammer Worte ſprechen
Bey dieſer Trauer Poſt! Allein GOtt hats gethan/
Der dieſes Haupt und lieben werthen Mann
Zu ſich genommen hat/ nach ſeinen weiſen Willen/
Der woll Ihr halb todt-Hertz mit Himmels Troſt erfüllen.
Daß Sie es nur erkennt/ was noch ſo böſe ſcheint/
Sey von dem guten GOtt/ doch wohl und gut gemeint.
Ich tröſte Sie/ und kan für Thränen ſelbſt kaum ſchreiben/
Doch iſts gewiß: GOtt wird Ihr Eh-Herr ſelbſt verbleiben/
Ihr Schatz/ Ihr Troſt/ Ihr Schutz/ und was Sie mehr begehrt/
Soll ſtets nach Ihren Wunſch von GOtt Ihr ſeyn gewährt.

Schriebs aus hertzlich-mitleidenden Gemüthe

Johann Horwein/ Coll. VI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759193-p0006-0

Ung. VI 1

=[Occasionalia Vol. 2.
=Funeralia K–R.]

X 2855981

WR

1018

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759193-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759193-p0008-1

48

V· C

M· CHRISTIANO FRIDER KRANEVVITTERO

P· L· C· ORD· PHILOS· ASCR· DIGNISS· LYC· ITEM OPPID
RECTORI MERITISS

V KAL· MAIAS A· C· CIↃ IↃ CC XVII
BENE BEATEQVE DEFVNCTO

SVPREMVM HVMANITATIS OFFICIVM PERSOLVVNT
MAGNO IVSTOQVE MOERORE AFFECTI

COLLEGAE

VITTEMBERGAE PRELO CREVSIGIANO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-759193-p0009-0